

tassis stannum, plumbum, & ferrum etiam; etenim admirandæ naturæ est, nec nisi maximis laboribus perscrutabilis. In summa sese manifestum facit, esse primam materiam Alchimistarum in gradibus metallicis, atque maximum arcanum in medicina. Est aqua non mædificans omne quod tangit, & currens animal absque pedibus, grauißimum præ omnibus metallis. Constat vt singula ex sulphure, sale, & mercurio. Primam & vltimam in liquationibus metallorum patefacit materiam, in eis præsertim quæ liquefcunt præter ignitionem à colore, & in alijs à fluxu.

*De cachimijs & corporibus imperfectis.*

CAP. XX.

**A**LIVD genus habetur mineraliũ corporum, quod nõ est salinũ, neq; metallum, sed bene metallicum, vt sunt marcasitæ, chifeta, rubea & alba, antimonica perfecta & imperfecta, arsenicalia, auripigmenta, talcica varia, cobleta, grana- ta, gemmea, &c. Sunt inquam metalli- ca, cùm primam materiam metallicam